

104  
occupando sine labore bona nostra  
magnis fatigationibus acquisita  
ac violenter eadem longo tempore  
detinendo et sociorum nostrorum  
lucensium per audaciam terras  
intraissent Deum et rationes ha-  
bentes in contentu. Mandamus  
vobis et districte precipimus  
quatinus predecessorum vestro-  
rum qui nunquam inimicis denega-  
runt propositis respondere uten-  
tes viribus potentia corde velitis  
esse primo prudentes postmodum  
potentes in bello sufferentes in  
laboribus sollicitos in vigiliis pa-  
tientes in frigore ac calore ut pro  
patria pugnatore ut rei publice  
defensores ut honoris et laudis  
pro aliis gentibus possessores  
obtinere credentes et primo pati-  
quam repellere non peroptantes.

Placuit enim omnibus potestatis  
oratio et repleti spiritu fortitu-  
dinis pervenerunt ad locum